



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs XXXVII. Ne æmulare malignantes neq[ue].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

P S A L T E R I V M .

Illic prava etenim ceciderunt facta patrantes,  
Et bene quo starent non habuere locum.

P S A L M V S   X X X V I I .

Ne æmulare malignantes, neq;

A R G V M B N T V M .

Est insignis consolatio contra scandalum  
quo nonnunquam p̄ij offenduntur, cum uſ-  
dent se quasi a Deo negligi, impios autem  
felices esse & florere. Hortat̄ igitur Psalmus  
ad patientiam, ne ideo deſciamur de ſtatu  
animi, aut impiorum exemplo peccemus.  
Videbis autem creberrimas repetitiones ad  
hortationum, & consolationum, quibus ſpi-  
ritus oſtendit, quam natura ſimus proni ad  
uindictam. Quare opus eſt ut hoc patientiæ  
præceptum aſidue inculcetur.

Vt patiente oculo uideas florere malignos,

Raptari, affligi per mala multa pios.

Diſce pati, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt,

Fide Deo, fordes eluet ille tuas.

Psalmus Dauid.

S i quaſit, ut ſunt innumeræ, tibi uifa malorum  
Improbitas, ira commoueare caue.  
Ne quibus eſt odio uirtus uitiumq; probatur  
Oderis, aut illis detrahe quicquid agent.  
Nam modo florentes, cito ſuccidentur, ut herbae,  
Quæ metit incurna rufiſca falce manus.

Propoſitio, na-  
ſtammeris q̄  
imp̄j ſunt felici-  
ces.

Ratio ppoſiti-  
onis, quia bre-  
ui peribunt.

Gram̄



Gramina ut exiguis flaccescunt usta pruinis,  
Sic & iniquorum defluct omnis honor.

Repetit propo Crede Deo, confide Deo, spes omnis ab illo  
fitionem affir- matue.

Ratio a certa Nec te circum agitat totum uagus error in orbem,  
spe auxiliij, ut- Quem dat cunq; Deus sub lare tutus eris.  
detur autē pri- mo muneri cō Nec tibi defuerit quicquam, modo noueris illi  
tra hoc scanda- Credere : credentem nutriet ipsa fides.  
lum, quod im- In Domino oblectare, & in hoc tua gaudia quære,  
pij sunt cele- Ille quod optaris, conseret omne tibi.  
bres & oppri- Illi quicquid ages, & te permitte regendum,  
munt pios suo Sic te non poterit pænituisse tui.

Si speraris in hunc, si te commiseris illi,

Optimus in cunctis dux erit ille tibi.

Iusticie dabit ille tuæ fulgere decorem,

Sicut quæ rutilo lampades igne micant.

Virtutis fidei q; tuæ producet honorem,

Vt medium clari sideris aura diem.

Illi exulta quæ sit mens, quæq; uoluntas,

Te melius rebus consulat ille tuis,

Etiam si impij Nec te commoueat uia fortunata malorum,  
in sua impieta Vita nec inflati concelerata uiri.

te sunt felices, Ira animæ mors est, iram fuge, mittte furorem,

tamen noli eos imitari. Sic Da Ne male commotus tu quoq; forsitan agas.

uid agit Deo Nam cito de uiuis extirpabuntur iniqui,

gratias qd per Fidentum Domino pars bona fortis erit.

Abigaila reuo- Perbreue tempus adhuc & non erit impius ultra,

catur ne occi- deret Nabalen Quæretur, nec erit quo fuit ante loco.

cum tota fami- lia. Totius exilibus cædet possessio terræ,

Perpetuaq; bonis gaudia pacis erunt.

Impius



Impius insultans iusto mala multa minatur,  
 Quem frendens auido rodere dente cupit.  
 At Deus irridet ludibria uana mouentem,  
 Illius exitium non procul esse uidens.  
 Impius exacti distingit acumina ferri,  
 Arcubus imponens tela parata suis :  
 Ut gladio interimat iustum feriat q; sagittis,  
 Quorum recta, nibil peccora fraudis habent,  
 Sed suo confodiet proprio præcordia ferro,  
 Ante suos arcus spicula fracta cadent.  
 Vnius angusta est melior posseſſio iusti,  
 Quam sunt diuitiae quas malus omnis habet.  
 Brachia frangit enim Dominus robusta malorum,  
 At bonus huic fidens hoc duce saluus erit.  
 Tempora iustorum Dominus, cognouit & illos  
 Hæredes regni deputat esse sui.  
 Turbida non illos confundere tempora possunt,  
 Non etiam poterit perdere dira famas.  
 Tempore quo preciosa malos annona uorabit,  
 Affluet & iustis copia diues erit.  
 Floreat, & bona poſſideat licet omnia terræ  
 Impius, in uentos ut leuis umbra fluet.  
 Namq; hostes Domini propere, ceu fumus, in auras  
 Diffugient, nec ab his pars erit ulla super.  
 Impius accumulat quæ nunquam debita soluit,  
 Larga manus iusti semper & æqua bonis.  
 Illius hæredum numero referuntur amici,  
 Ut teneant lati ditia regna soli.  
 E quibus expletos maledictos partibus omnes,  
 Nec sine electæ foris habere locum.

Cōſolatur et  
 iam contra pe-  
 tentiam impio-  
 rum, quod non  
 ſolum non læ-  
 dent pios, ſed  
 ſibiipſis erunt  
 exitio.

Consolatur eti-  
 am, cōtra opes  
 et fortunam im-  
 piorum.

Alia cōſolatio  
 ſatis bella, im-  
 piij etiāfi abun-  
 dent bonis, ta-  
 men non utunē  
 ijs bene, ideo  
 neceſſe eſt eos  
 pire. Cur igit  
 hoc inuides, q;  
 ipſis exitio eſt?

E

Ipſe



*Ipse uiri iusti uestigia dirigit, illi*

*Quæ pede sit iusti semita trita placet.*

*Pij habent re- Hunc, si forte uia cecidit, non abiicit, im-  
missionem pec- catorum.*

*A sua experien- Et puer ipse fui quondam, & inuenilibus annis  
tia.*

*Integer, & nunc me curua senecta premit:*

*Nunquam ab eo uidi desertum tempore iustum,*

*Ipsius aut aliquo semen egere cibo.*

*Absidue miseretur enim, & bona plurima confert,*

*Et genus ubertas ipsius alma fouet.*

*Hortatur præ Desere q̄ mala sunt, pete quæ bona, semper habebis,  
cipro ad con- Optima uiuendi commoda, semper eris.  
franciam in bo-  
no chefe, ne de Iusta Deus nam semper amat, nam diligit æquum,  
tati gour pro Nec quoscunq; probat deseruisse potest.  
pre- & alio- Perpetuo ipse suos custodit tempore sanctos,  
nemur itas, aut Cum tota impietas stirpe maligna perit.  
inuenimur impi- os.  
Perpetuo terras habitabit tempore iustus,*

*Hic hæres Domini nempe futurus erat.*

*Consolatur eti- Labe carens ex ore fluet sapientia iusti,  
am commemo- Linguaq; curabit nil nisi uera loqui.*

*ratione spiritu- alium honorū, Ille gerit Legem Domini sub corde sepultam,  
que impij non habent ersi cor- Illi sub pedibus lubrica nulla uia est.*

*poralibus ho- Impius obseruans iustum, execratur & odit,*

*Quemq; odit, huic uitam præripuisse studeat.*

*Sed Deus e manibus crudelibus eripit ipsum,*

*Nec sinit iniusto iudicis ore premi.*

*Expecta Dominum, perq; illius impiger omnes.*

*Quas tibi præscripsit, noueris ire uias.*

*Ille bonis adeo te prouehet omnibus auctum,*

*Vt tibi terrenæ posseideantur opes.*

*Donec*



Donec ab humanis eradicentur iniqui  
Rebus, & eueniat læta uidere tibi.  
Ipse uirum vidi florentem rebus iniquum,  
Floret ut in pingui uiuida Laurus humo.  
Præterij, nec erat uir hic amplius, occidit, ipsum  
Quæsiui, nec erat uel breuis umbra super.  
Dilige quæ bona sunt, rectum cole, iusta require,  
Hæc faciens, alma pace beatus eris.  
Sed bona desipiens qui negliget ista peribit,  
Vna breuis ueniens auferet hora malos.  
Iustis à Domino spes pendet & aura salutis,  
Ille suis duro tempore robur erit.  
Hos Deus eripiet quando oprimet impius, & cum  
Injicient saeuas impia fata manus.  
His mala, defensore Deo, non ulla nocebunt,  
Semper enim Dominum spem posuere suam.

Ab exemplis  
Achitophel,  
Absolon, &  
similium.

## P S A L M V S   XXXVIII.

Domine ne in furore tuo arguas me,

## A R G V M E N T V M .

Est precatio contra peccata et malam con-  
scientiam, proponit autem insignem doctri-  
nam & exemplum, quod in ipso sensu iræ &  
iudicij Dei sit retinenda spes misericordiæ,  
& ad orationem confugiendum. Titulus est  
ad reminiscendum, quoniam & peccati sui  
& misericordiæ Dei reminiscitur.

Ardet & incensas magno calet igne medullas,  
Dum caro, dum querit spiritus æger opem.

F 2      Conscia

